

circa se | in brevi senserunt. (*In latere*) dedica[ta] | dd. nn. Vale[riano Aug.] .² [et] | Gallien[o Aug.] . . . [cos.].

Romae olim in aedibus privatis (VI 2435 vidit Smetius). — 1) *Rufilla haec, cum eo tempore sub Publicia sacra Vestae curaret, post annos XL ipsa virgo maxima facta sacris Vestae praesidebat (VI 2445).* — 2) *Periit aut II aut III aut III; titulus dedicatus fuit aut a. 254 aut 255 aut 257.*

Eidem virgini praeterea positi sunt tituli VI 2434. 32419 (= Bull. comunale 1884 p. 5, 699), hi duo ab eodem Q. Veturio Memphio fictore virginum Vestalium, VI 32447 (= Notizie 1885 p. 452, 8). Ad eandem pertinet tabella aenea VI 2447 = XV 7126.

4935 Coeliae Claudianae | v. V. maximae | a diis electa (*sic*), merito | sibi talem antistitem | numen Vestae reservare | voluit. | Coelia Nerviana soror una | cum Pierio coniuge ac liberis | suis, orantes ut per tot saecula | facere dii permittant.

Romae rep. sub radice montis Palatini e regione SS. Cosmae et Damiani (VI 2439 vidit Smetius).

4936 Coeliae Claudianae v. V. max., sanctissim. ac super omnes retro maximas religiosissimae, cuius sanctimonia a cunctis praedicatur. Nunc certe pertinet¹ esse te talem, cuius laudem numen quoque Vestae honoravit. Fl. Eucharistus, Septim. Epictetus i. p.², Aur. Optatus sacerdotes sacrae v[er]bis³ de X prim.⁴ (*In latere*) dedicata kal. Mart. M. Iunio Maximo II et Vettio Aquilino coss.⁵, curante Fl. Marciano v. e., fictore v. V.⁶

Romae rep. a. 1497 una cum N. 4928. 4929 (VI 2437 semel descripta). — 1) *Scr. apparet vel simile quid (Momms.).* — 2) *Iuvenis perfectissimus.* — 3) *ussis traditur (sacerdotes sacrae urbis eidem virgini eodem anno posuerunt titulum VI 2436). Pro ministris sacrorum Vestae hos sacerdotes habet Momms.* — 4) *d. ex prim. traditur; emendavit Momms.* — 5) *A. 286.* — 6) *Cf. N. 4926 not. 1.*

4937 Coeliae Claudianae v. V. | max., sanctissimae religi|osissimae ac super om|nes piissimae, cuius ope|ra sacrorum gubernan|te Vesta matre maxi|matus sui XX¹ complebit, | Aurelius Fructosus cli|ens et candidatus (*sic*) benignitatae (*sic*) eius probatus. | Sic XX, sic XXX², feliciter! (*In latere sinistro*) Pergamiorum³ XXX² sic | PAN⁴.

Romae rep. in atrio Vestae a. 1885 (VI 32420 vidit Huelsen; Lanciani Notizie 1885 p. 453). — 1) *Vicennalia.* — 2) *Triginta, sc. annos. Cf. supra N. 694, 4.* — 3) *Cf. VI 10273. 10274. 10284 ccl.* — 4) *Litterae incertae significationis, vix pertinent ad ea quae praecedunt.*

Eidem virgini positi sunt tituli VI 2436. 2438. 2440. 32421.

4938 ob meritum castitatis | pudicitiae adq. in sacris | religionibusque | doctrinae mirabilis | C!!!!!!e¹ v. V. max., | pontifices vv. cc.², | promag. Macrinio | Sossiano³ v. c., p. m.⁴ (*In latere dextro*) dedicata V idus Iunias | divo Ioviano et Varroniano | cons.⁵

Romae rep. una cum N. 4924 (VI 32422 vidit Huelsen; Lanciani Notizie 1885 p. 454). — 1) *Nomen virginis erasum, fortasse ideo quod sacris relictis ad Christi fidem se convertit; Claudiae nomen ibi fuisse, quam ex sacerdote Vestali Christianam factam esse indicat Prudentius perist. 2, 528, coniecit Marucchi (cf. de Rossi*